



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De eadem re. viii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

D. BVRCHARDI. EPIS. VVORMAC

De eadem re. Cap. V.

Ex cano. **E**piscopus, presbyter, aut diaconus aleæ atque ebrietatis deseruiens, aut definat, aut certè dannetur. Subdiacrum titulus, aut lector, aut cantor similia faciens, aut definat, 42. communione priuctur, Similiter etiam laicus.

De eadem re. Cap. VI.

Ex eodē. **S**i quis episcopus, aut aliquis ordinatus in consuetudine cap. 43. ebriosus fuerit, aut definat, aut deponatur.

Quales coniuia sacerdotum epulis interesse debeant.

Caput VII.

Ex decr. **O**portet episcopum moderatis epulis contentum esse. *Euseby* suosque coniuias ad comedendum, & potandum non p̄a. ca. 10 vrgere, quin potius semper sobrietatis præbeat exemplum. Remoueantur ab eius coniuio cuncta turpidinis argumenta, non ludicra spectacula, non acromatum vaniloquium, fatuorum stultiloquia, nō scurrilium admittatur præfatio. Adsint peregrini, & pauperes, & debiles, quide sacerdoti mensa Christum benedicentes benedictionem percipiunt. Recitetur sacra lectio, subsequatur viua vocis exhortatio, vt non tantum corporali cibo, immo verbis spiritalis alimento conuiuantes se refectos gratulentur, vt in omnibus honorificetur Deus, per Iesum Christum dominum nostrum.

De eadem re. Cap. VIII.

Ex pœnitentiali **S**acerdos quilibet si inebrietur per ignorantiam, sepe dies pœnitentiat, in pane & aqua: si per negligentiam, XV dies: si per contemptum XL. dies. Diaconus vel monachus secundum ordinem, vt scriptum est, seu & reliqui clericis ministri iuxta ordinem, iudicio sacerdotis pœnitentiant. Lai velut vota non habentes si inebriantur, arguantur à sacerdote, quod ebriosi regnum Dei non possidebunt, & interitus sit ebrietas; & compellat eos pœnitere. Qui copi hominem vt inebrietur humanitatis gratia, accerrime cōtripiatur, & VII. dies pœnitentiat: si per contemptum, XXX dies. Nullus Christianus alium Christianum plus bibet, agat, quam naturæ sufficiat. Quod si fecerit, iuxta id quod in pœnitentiali habetur, pœnitentiat.

De eadem re. Cap. IX.

Ex dictis Fructuosi **S**i quis Ecclesiastica prædictus ordinatione, aut monachus repertus fuerit ebriosus, in pane & aqua tribus pœnitentiisbus.